



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

1 Vtrum stultitia opponatu rsapientiae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72772](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72772)

niam filii Dei uocabuntur. utrumque autem horum pertinet immediate ad charitatem. Nam de pace dicitur in Psal. 118. Pax multa diligentibus legem tuam. & Apost. dicit Ro. 5. Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datus est nobis: qui quidem est spiritus adoptionis filiorum, in quo clamamus? Abba pater, ut dicitur Ro. 8. ergo septima beatitudo magis det attribui charitati, quam sapientiae.

¶ 2. Præter. Vnum quodque magis manifestatur per proximum effectum, quam per remotum: sed proximum effectus sapientie uidetur esse charitas, secundum illud Sap. 7. Per nationes in animas sanctas se trāsfero, amicos Dei, & prophetas constituit: pax autem, & adoptio filiorum uidetur esse remotus effectus, cum procedant ex charitate, ut dictum est. ergo beatitudo sapientie respondens, deberet magis determinari secundum dilectionem charitatis, quam secundum pacem.

¶ 3. Præter. Iacob. 3. dicitur. Quæ desursum est sapientia, primum quidem pudica est: deinde autem pacifica, modesta, suauis, bonis consentiens, plena misericordia, & fructibus bonis, iudicans sine simulatione. beatitudo ergo correspondens sapientie, non magis debuit accipi secundum pacem, quam secundum alios effectus celestis sapientie.

SEDCONTRA est, quod August. dicit in li. de serm. domini in monte, quod sapientia conuenit pacificis, in quibus nullus motus est rebellis, sed obtemperantioni.

RESPON. Dicendum, quod septima beatitudo congrue adaptatur dono sapientie & quantum ad meritum, & quantum ad præmium. Ad meritum quidem pertinet quod dicitur, Beati pacifici. Pacifici autem dicuntur, quasi pacem facientes uel in seipsis, uel in aliis, quorum utrumque contingit per hoc, quia, in quibus pax constituitur, ad debitum ordinem rediguntur. Nam pax est tranquillitas ordinis, ut August. dicit 19. De Ciuit. Dei. Ordinare autem pertinet ad sapientiam, ut patet per Philol. 1. in principio Metaph. & ideo esse pacificum conuenienter attribuitur sapientie: ad præmium autem pertinet quod dicitur, Filii Dei uocabuntur. Dicuntur autem aliqui filii Dei, in quantum participant similitudinem filii unigeniti, & naturalis, secundum illud Ro. 8. Quos præcœuit conformes fieri imaginis filii sui, qui quidem est sapientia genita: & ideo participando donum sapientie, ad Dei filiationem homo pertingit.

ADPRIMUM ergo dicendum, quod charitatis est habere pacem: sed facere pacem, est sapientie ordinantis. Similiter autem Spiritus sanctus instanti dicitur spiritus adoptionis, in quantum per eum datur nobis similitudo filii naturalis, qui est genita sapientia.

ADSECUNDUM dicendum, quod illud est intelligendum de sapientia increata, quæ primo se nobis uniuersis per donum charitatis, & ex hoc reuelat nobis mysteria, quorum cognitio est sapientia infusa. Et ideo sapientia infusa, quæ est donum, non est causa charitatis, sed magis effectus.

ADTERTIUM dicendum, quod sicut iam dictum est, ad sapientiam, secundum quod est donum, pertinet non solum contemplari diuina, sed etiam regulare humanos actus, in qua quidem directione primo occurrit remotio a malis, quæ contrariatur sapientie. Vnde & timor dicitur esse initium sapientie, in quantum facit recedere a malis. Vltimum autem est sicut finis, quo omnia ad debitum ordinem redigantur, quod pertinet ad rationem pacis. Et ideo conuenienter Iacobus dicit, quod sapientia, quæ desursum est, quæ est donum

A spiritus sancti, primum est pudica, quasi uitans corruptelas peccati: deinde autem pacifica, quod est finalis effectus sapientie, propter quod ponitur beatitudo. Iam uero omnia, quæ consequuntur, manifestant ea, per quæ sapientia ad pacem perducit ordine congruo. Nam homini per pudicitiam a corruptelis recedenti primo occurrit, quod quantum ex se potest, modum in omnibus teneat: & quantum ad hoc dicitur modesta. Secundo, ut in his, in quibus ipse sibi non sufficit, aliorum monitis acquiescat: & quantum ad hoc subdit, suauis: & hæc duo pertinent ad hoc, quod homo consequatur pacem in seipso. Sed ulterius ad hoc, quod homo sit pacificus etiam aliis, primum requiritur, ut bonis eorum non repugnet: & hoc est, quod dicitur, Bonis consentiens. Secundo, quod defectibus proximi & compatiat in affectu, & subueniat effectui: & hoc est quod dicitur, Plena misericordia, & fructibus bonis. Tertio requiritur, ut charitatem emendare peccata fatagar: & hoc est quod dicitur, ludicans sine simulatione, ne scilicet correctionem pretendens, odium intendat explere.

QVAESTIO XLVI.

¶ Super questione quam drageham extant.

De stultitia, quæ opponitur sapientie, in tres articulos diuisa.

DEINDE considerandum est de stultitia, quæ opponitur sapientie.

ET CIRCA hoc quaeruntur tria.

¶ 1. Primum, Vtrum stultitia opponatur sapientie.

¶ 2. Secundo, vtrum stultitia sit peccatum.

¶ 3. Tertio, Ad quod uitium capitale reducatur.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum stultitia opponatur sapientie.

ADPRIMUM sic proceditur. Videtur, quod stultitia non opponatur sapientie. Sapientie enim directe uidetur opponi insipientia: sed stultitia non uidetur esse idem, quod insipientia, quia insipientia uidetur esse solum circa diuina, sicut & sapientia: stultitia autem se habet, & circa diuina, & circa humana: ergo sapientia non opponitur stultitia.

¶ 2. Præter. Vnum oppositorum non est uia perueniendi ad aliud: sed stultitia est uia perueniendi ad sapientiam, dicitur. n. 1. ad Corin. 3. Si quis uidetur inter uos sapiens esse in hoc seculo, stultus fiat, ut sit sapiens: ergo sapientie non opponitur stultitia.

¶ 3. Præterea. Vnum oppositorum non est causa alterius: sapientia autem est causa stultitie. dicitur enim Ieremie. decimo: Stultus factus est omnis homo a scientia sua: sapientia autem quædam scientia est. & Iſaia. quadragesimo septimo dicitur, Sapientia tua, & scientia, hæc decipit te. decipi autem ad stultitiam pertinet: ergo sapientie non opponitur stultitia.

IN q. 46. aduerte, quod ea, quæ per metaphoram explanantur, oportet sane intelligi iuxta subiectam materiam, ne penuria uocabulorum nos fallat. Cum igitur stultitia penes hebetudinem attendi dicitur, & penes hoc idem attendi dicitur sit uitiū contrarium dono intellectus, ut patet in q. 15. ar. 2. scito, quod obfusio sensus spiritualis, qui est intellectus, in quantum impedit perceptionem diuinorum, contrariatur intellectus dono: in quantum autem impedit iudicium eorum, sem secundum altissimam causam, contrariatur dono sapientie. Et illo modo constituit hebetudinem, uel cæcitate mentis: illo autem stultitiam, uel fatuitatem. Et hæc pro tota hac questione sufficiant, ac de tractatu charitatis.

Supra. q. 8. art. 6. ad 1.

¶ Super

¶ 4. Præter.

Li. 10. ca. 16. Incipit s. sapiens, ante med. * Cap. 27.

¶ 4^o Præf. Isid. dicit in lib. Etymologiarum, quod stultus est, qui perignominiam non commouetur ad dolorem, & qui non mouetur iniuria: sed hoc pertinet ad sapientiam spiritualem, ut * Greg. dicit in 10. Moral. ergo sapientie non opponitur stultitia.

Lib. 2. c. 36.

SED CONTRA est, quod Greg. dicit in * 2. Moral. quod donum sapientie datur contra stultitiam.

Lib. 10. c. 18. Incipit s. sapiens dicit.

RESPON. Dicendum, quod nomen stultitie a stupore uidetur esse sumptum. Vnde * Isid. dicit in lib. Etymol. Stultus est, qui propter stuporem non mouetur. Et differt stultitia a fatuitate, sicut ibidem dicitur, quia stultitia importat habitudinem cordis, & obtusionem sensuum. fatuitas autem importat totalem spiritualis sensus priuationem, & ideo conuenienter stultitia sapientie opponitur. Sapiens enim, ut ibidem Isidorus * dicit, dicitur esse a sapore: quia sicut gustus est aptus ad discretionem saporis ciborum, sic sapiens ad discernentiam rerum, atque causarum. Vnde patet, quod stultitia opponitur sapientie sicut contrarium: fatuitas autem sicut pura negatio. Nam fatuus caret sensu iudicandi: stultus autem habet sensum, sed habetatum: sapiens autem subtilis, & perspicax.

Loco citato in argu.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut * Isid. ibidem dicit. In sapientia contrarius est sapienti, eo quod sine sapore est discretionis, & sensus: unde idem uidetur esse insipientia cum stultitia. Precipue autem uidetur aliquis esse stultus, quando patitur defectum in summa iudicii, quæ attenditur secundum causam altissimam. Nam si deficiat in iudicio circa aliquid modicum, non ex hoc uocatur aliquis stultus.

g. præf. art. 4. & art. 1. ad primum.

AD SECUNDUM dicendum, quod sicut est quedam sapientia mala, ut supra dictum * est, quæ dicitur sapientia sæculi, quia accipit pro causa altissima, & sine ultimo aliquod terrenum bonum: ita etiam est aliqua stultitia bona huic sapientie mala opposita, per quam aliquis terrena contemnit: & de hac stultitia loquitur Apostolus.

AD TERTIUM dicendum, quod sapientia sæculi est, quæ decipit, & facit esse stultum apud Deum, ut patet per Apostolum 1. ad Corinth. 3.

Li. 10. c. 27.

AD QUARTUM dicendum, quod non moueri iniurijs, quandoque quidem contingit ex hoc, quod homines non sapiunt terrena, sed sola caelestia: unde hoc non pertinet ad stultitiam mundi, sed ad sapientiam Dei, ut Gregor. ibidem dicit. Quandoque autem contingit ex hoc, quod homo est simpliciter circa omnia stupidus, ut patet in amentibus, qui non discernunt quid sit iniuria: & hoc pertinet ad stultitiam simpliciter.

ARTICVLVS II.

Utrum stultitia sit peccatum.

Infr. art. 3. cor.

AD SECUNDUM sic proceditur. Videtur, quod stultitia non sit peccatum. Nullum enim peccatum prouenit in nobis a natura: sed quidam sunt stultitia naturaliter. ergo stultitia non est peccatum.

Lib. de vera relig. ca. 14. circa princ. tom. 1.

¶ 2^o Præf. Omne peccatum est uoluntarium, ut Aug. * dicit: sed stultitia non est uoluntaria. ergo non est peccatum.

¶ 3^o Præf. Omne peccatum opponitur alicui præcepto diuino: sed stultitia nulli præcepto opponitur. ergo stultitia non est peccatum.

Ar. præced.

SED CONTRA est, quod dicitur Prou. 1. Prospexit stultorum perdet eos: sed nullus perditur, nisi pro peccato. ergo stultitia est peccatum.

RESPON. Dicendum, quod stultitia, sicut * dictum est, importat quandam stuporem sensus in iudicando, & precipue circa altissimam causam finis ultimi, & summum bonum, cuius quis potest pati stuporem in iudicando. Vno modo ex dispositione naturali, & in amentibus, & talis stultitia non est peccatum: modo inquantum immergitur homo in peccatis terrenis, ex quo redditur eius sensus percipiendi diuina, secundum illud ad Roman. 1. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Dei: sicut etiam homini habenti gustum malo humore non sapiunt dulcia, & talis peccatum. Et per hoc patet responsio ad

dicando, & precipue circa altissimam causam finis ultimi, & summum bonum, cuius quis potest pati stuporem in iudicando. Vno modo ex dispositione naturali, & in amentibus, & talis stultitia non est peccatum: modo inquantum immergitur homo in peccatis terrenis, ex quo redditur eius sensus percipiendi diuina, secundum illud ad Roman. 1. Animalis homo non percipit ea, quæ sunt Dei: sicut etiam homini habenti gustum malo humore non sapiunt dulcia, & talis peccatum. Et per hoc patet responsio ad

AD SECUNDUM dicendum, quod stultitia: a nullus uelut tamen ea, ad que esse stultum, s. abstrahere sensum summum, & immergere terrenis: & idem etiam in alijs peccatis. Nam luxuriosus uult delectari sine quoniam est peccatum, quamuis non uelit peccatum: uelut enim frui delectari peccato.

AD TERTIUM dicendum, quod stultitia non ponitur præceptis, quæ datur de continentia, de quibus supra habitum est, & intellectu ageretur.

ARTICVLVS III.

Utrum stultitia sit filia luxuria.

AD TERTIUM sic proceditur. Videtur, quod stultitia non sit filia luxuria: * Moral. enumerat luxuria filias inter quas continetur stultitia. ergo stultitia non est filia luxuria.

¶ 2^o Præf. Apostolus dicit 1. ad Cor. 3. Sapientia di stultitia est apud Deum: sed luxuria non est filia stultitia: ergo luxuria non est filia stultitia.

¶ 3^o Præf. Ex ira aliqui precipue uenturiosus & infansiam, quæ pertinet ad stultitiam: magis oritur ex ira, quam ex luxuria.

SED CONTRA est, quod dicitur Prou. 1. tim eam sequitur, s. meretricem, iugiter vincula stultus trahatur.

RESPON. Dicendum, quod luxuria non est filia stultitia secundum quod est peccatum: hoc, quod sensus spiritualis habet ad spiritum aptus ad spiritualia iudicanda. Maxime autem hominis immergitur ad terrena per peccatum: est circa maximas delectationes, quæ seipsum me absorbetur. Et ideo stultitia, quæ est maxime nascitur ex luxuria.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod stultitia non habet fastidium de Deo, & de bono: quod homo habet fastidium de Deo, & de bono. Vnde * Greg. duo numerat inter filias stultitiae: scilicet ipsa sapientia mundi est stultitia, & deus mundi est stultitia, s.odium Dei & deus mundi tunc mundi, quasi diuidens stultitiam mundi.

AD SECUNDUM dicendum, quod luxuria non est intelligendum casualiter, sed essentialiter: scilicet ipsa sapientia mundi est stultitia. Vnde non oportet, quod quædam luxuria sit filia stultitia, nisi inquantum luxuria est circa sapientiam mundi, sicut causa hominis stultitia.

AD TERTIUM dicendum, quod ira non est causa stultitia: ex sua acuitate maxime immutat cogitationem: unde maxime causat stultitiam, quæ est impedimento corporali: sed stultitia, quæ est impedimento spirituali. Lex immergitur in luxuria, maxime prouenit ex luxuria, quæ est

QVAESTIO XLVII.

De prudentia secundum se, in sexdecim articulis diuisa.

ONSEQUENTER post uirtutes theologicas primo considerandum est circa uirtutes cardinales de prudentia. Et primo, de prudentia secundum se. Secundo, de partibus eius: tertio, de dono ei correspondente: quarto, de uitiis oppositis: quinto, de preceptis ad hoc pertinentibus. Circa primum quatuor sunt articuli sexdecim.

Primo, Vtrum prudentia sit in uoluntate, uel in ratione.

Secundo, Si est in ratione, vtrum in practica tantum, uel etiam in speculatiua.

Tertio, Vtrum sit cognoscitiua singularium.

Quarto, Vtrum sit uirtus.

Quinto, Vtrum sit uirtus specialis.

Sexto, Vtrum praestituat finem uirtutibus moralibus.

Septimo, vtrum constituat medium in eis.

Octaui, Vtrum precipere sit proprius actus eius.

Nono, Vtrum sollicitudo, uel uigilantia pertineat ad prudentiam.

Decimo, Vtrum prudentia se extendat ad regimen multitudinis.

Vndecimo, Vtrum prudentia, quae est respectu boni proprii, sit eadem specie cum ea, quae se extendit ad bonum commune.

Duodecimo, Vtrum prudentia sit in subditis, an solum in principibus.

Tertiodecimo, Vtrum inueniatur in malis.

Quartodecimo, Vtrum inueniatur in omnibus bonis.

Quintodecimo, Vtrum in sit nobis a natura.

Sextodecimo, Vtrum perdat per obliuionem.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum prudentia sit in ui cognoscitiua, an in appetitiua.

AD PRIMUM sic procedit: Videtur, quod prudentia non sit in ui cognoscitiua, sed in ui appetitiua. Dicitur enim in libro de moribus Ecclesie, Prudentia est amor, ea, quibus adiuuatur ab eis quibus impeditur, sagaciter eligens: sed amor non est in ui cognoscitiua, sed in appetitiua. ergo prudentia est in ui appetitiua.

Primo, Si cut ex predicta diffinitione apparet, ad prudentiam pertinet eligere sagaciter: sed electio est actus appetitiuae uirtutis, ut supra habitum est. ergo prudentia non est in ui cognoscitiua, sed in ui appetitiua.

Philosophus dicit in 6 Ethicorum, quod in arte quidem uolens peccans, eligibilior est, circa prudentiam autem minus, quemadmodum & circa uirtutes: sed uirtutes morales, de quibus ibi loquitur, sunt in parte appetitiua, ars autem in ratione. ergo prudentia magis est in parte appetitiua, quam in ratione.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro 83, quod Prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum.

RESPONDENS. Dicendum, quod sicut Isidorus dicit in libro Etymologicorum, prudens dicitur, quasi porro uidentis. Peripetaxia enim est, & incertorum uidet casus: uisio autem non est uirtutis appetitiuae, sed cognoscitiuae. Vnde manifestum est, quod prudentia directe pertinet ad uim cognoscitiuam, non autem ad uim sensitiuam: quia per eam cognoscimus solum ea, quae praesto sunt, & sensibus offeruntur. Cognoscere autem futura ex praesentibus, uel praeteritis, quod pertinet ad prudentiam, proprie rationis est, quia hoc per quandam collationem agitur. Vnde relinquitur, quod prudentia proprie sit in ratione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, uoluntas mouet omnes potentias ad suos actus. Primus autem actus appetitiuae uirtutis est amor, ut supra dictum est. Sic ergo prudentia dicitur esse amor non quod essentialiter, sed in quantum amor mouet ad actum prudentiae. Vnde & postea subiicit Augustinus, quod prudentia est amor boni discernens ea, quibus adiuuet ad redendum Deum ab his, quibus impedi potest. Dicitur autem amor discernere, in quantum mouet rationem ad discernendum.

AD SECUNDUM dicendum, quod prudens considerat ea, quae sunt procul, in quantum ordinatur ad adiudandum, uel impediendum ea, quae sunt praesentia, ut agenda. Vnde patet, quod ea quae considerat prudentia, ordinantur ad alia sicut ad finem: eorum autem quae sunt ad finem, est consilium in ratione, & electio in appetitu, quorum duorum consilium magis proprie pertinet ad prudentiam, dicitur enim Philosophus in 6 Ethicorum, quod prudens est bene consiliatus uisus. Sed quia electio praesupponit consilium, est in appetitu praesupponit, ut dicitur in 3 Ethicorum, ideo etiam eligere, potest attribui prudentiae consequenter, in quantum, scilicet electionem per consilium dirigit.

AD TERTIUM dicendum, quod laus prudentiae non consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus, quod est finis practice rationis. Et ideo si in hoc defectus accidat, maxime est contrarium prudentiae: quia sicut finis est potissimus in unoquoque, ita & defectus, qui est circa finem, est pessimus: unde ibidem Philosophus subdit, quod prudentia non est solum cum ratione, sicut ars. Hec enim ut dictum est, applicationem ad opus, quod fit per uoluntatem.

ARTICVLVS II.

Vtrum prudentia pertineat solum ad rationem practicam, an etiam ad speculatiuam.

AD SECUNDUM sic proceditur. Vtrum prudentia non solum pertineat ad rationem practicam, sed etiam ad speculatiuam. Dicitur enim Proverbiorum, Sapientia est uiro prudentia: sed sapientia secunda secunda dicitur Thomae.

est boni & mali, sed boni tantum. Haec enim claudit in sua ratione determinatum appetitum ad bonum: illa autem non: sed ut ex parte rationis est susceptiva.

Philosophus dicit in 6 Ethicorum, quod in arte quidem uolens peccans, eligibilior est, circa prudentiam autem minus, quemadmodum & circa uirtutes: sed uirtutes morales, de quibus ibi loquitur, sunt in parte appetitiua, ars autem in ratione. ergo prudentia magis est in parte appetitiua, quam in ratione.

SED CONTRA est, quod Augustinus dicit in libro 83, quod Prudentia est cognitio rerum appetendarum, & fugiendarum.

RESPONDENS. Dicendum, quod sicut Isidorus dicit in libro Etymologicorum, prudens dicitur, quasi porro uidentis. Peripetaxia enim est, & incertorum uidet casus: uisio autem non est uirtutis appetitiuae, sed cognoscitiuae. Vnde manifestum est, quod prudentia directe pertinet ad uim cognoscitiuam, non autem ad uim sensitiuam: quia per eam cognoscimus solum ea, quae praesto sunt, & sensibus offeruntur. Cognoscere autem futura ex praesentibus, uel praeteritis, quod pertinet ad prudentiam, proprie rationis est, quia hoc per quandam collationem agitur. Vnde relinquitur, quod prudentia proprie sit in ratione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod sicut supra dictum est, uoluntas mouet omnes potentias ad suos actus. Primus autem actus appetitiuae uirtutis est amor, ut supra dictum est. Sic ergo prudentia dicitur esse amor non quod essentialiter, sed in quantum amor mouet ad actum prudentiae. Vnde & postea subiicit Augustinus, quod prudentia est amor boni discernens ea, quibus adiuuet ad redendum Deum ab his, quibus impedi potest. Dicitur autem amor discernere, in quantum mouet rationem ad discernendum.

AD SECUNDUM dicendum, quod prudens considerat ea, quae sunt procul, in quantum ordinatur ad adiudandum, uel impediendum ea, quae sunt praesentia, ut agenda. Vnde patet, quod ea quae considerat prudentia, ordinantur ad alia sicut ad finem: eorum autem quae sunt ad finem, est consilium in ratione, & electio in appetitu, quorum duorum consilium magis proprie pertinet ad prudentiam, dicitur enim Philosophus in 6 Ethicorum, quod prudens est bene consiliatus uisus. Sed quia electio praesupponit consilium, est in appetitu praesupponit, ut dicitur in 3 Ethicorum, ideo etiam eligere, potest attribui prudentiae consequenter, in quantum, scilicet electionem per consilium dirigit.

AD TERTIUM dicendum, quod laus prudentiae non consistit in sola consideratione, sed in applicatione ad opus, quod est finis practice rationis. Et ideo si in hoc defectus accidat, maxime est contrarium prudentiae: quia sicut finis est potissimus in unoquoque, ita & defectus, qui est circa finem, est pessimus: unde ibidem Philosophus subdit, quod prudentia non est solum cum ratione, sicut ars. Hec enim ut dictum est, applicationem ad opus, quod fit per uoluntatem.

Super quasi, quadra gesima septima articulum secundum.

In articulo in ratione ad secundum, nota No uide, quod actus speculationis potest referri ad res, circa quas ueritur, si obiectum, enim uabilia, & premissas, conclusiones, discursus a tali re in talem, P ut

Ca. 5. ar. 1. non nihil tunc a fine.

Lib. 83. q. 61. tom. 4.

Li. 10. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 2. q. 82. artic. 4.

Li. 2. q. 95. ar. 1. & 2.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.

Li. 1. c. 15. in apit. Prudens, i. prudens.